



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXXII. De novi operis nuntiatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

c. 12. eod.

c. 5. c. 6.

eod.

c. 11. in

fine eod.

tias injungendo, vel indulgentias concedendo. Item si, qui potestatem habent beneficii conferendi, illud vel ipsi sibi retinere velint, vel conferant indigno, & rursus, ejusmodi collatione non improbatâ, conferant alteri, ob hanc eorum inconstantiam pro ea viceptivandi facultate conferendi.

De novi operis nuntiatione.

TIT. XXXII.

Peccat etiam subinde Prælatus ædificando, veluti ædificandis Ecclesiis, aut aliis piis locis, si inde grave aliquod damnum acceptura sit Ecclesia matrix, cui præest.

*Quid est annuntiare novum opus, vel nuntiatio novi operis? Et quid opus novum facere?*

l. 1. §. 0-  
pus D.  
eod.

**N**untiare novum opus est denuntiare & inhibere vicino, ne ædificet. Nunciare enim hic nihil aliud significat quam prohibere. Opus verò novum facere videtur, qui ædificando vel detrahendo aliquid, pristinam operis faciem mutat, nuntiatio igitur novi operis

peris est prohibitio ædificanti, in publi-  
co vel privato, legitimè facta, ad hoc,  
ut desistat ab opere, saltem tantisper,  
donec jus ædificandi fuerit discussum,  
an jure, ac injuria ædificet.

*Quid si ædificans nuntiatione neglecta non  
desistat ab opere?*

Tunc cogitur quidquid post nun-  
tiationem construxerit suis sumptibus *c. 1. & 2.*  
demoliri, licet postea deprehendatur, *h. 1.*  
eum jure ædificasse; quia auctoritati  
judicis non obtemperavit.

*Quid si è diverso per ejusmodi nuntiatio-  
nem opus aliquod temerè diutius  
differatur?*

Eo casu opus novum nuntians intra  
tres menses probare debet, opus incho-  
atum injurià constructi, estque in opi-  
nione nuntiantis, an de præjudicio suo  
intra tres menses doceat, & interim de-  
sistatur ab opere, an verò pergat in ædi-  
ficando, receptâ cautione de opere suis  
sumptibus demoliendo, si injustè ædi-  
ficatum pronuntiabitur, *d. c. 1. &  
ult. h. r.  
& l. un.  
C. eod.  
c. pen. &  
ult. eod.*

**De privilegiis & excessibus  
privilegiatorum.**

**TIT. XXXIII.**

Postremò tam Prælati quam subditi,  
sive sint Clerici sive Religiosi etiam  
non Clerici, nõ raro excedunt & de-